



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VIII. De Venditione rei donatæ propter pupillas à viro uxori, eâdem consentiente, alteri facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

rem venditam emptori reddere teneatur; siue in gratiam utriusque sit additum, ut tam venditori scilicet rem venditam restituere teneatur emptor, si pretium illi refundatur, quam emptori liceat rem emptam suo venditori reddere, & expensum pro ea pretium repetere, ita tamen ut ob tale redimendi pactum, pretium etiam pro re taliter vendita, aut emptam, majus, aut minus sit, pro diuersitate contractuum in hujus vel illius favorem, factorum; & juxta pacti additi tenorem, vel idem pretium, quo res emptam, aut venditam fuit, vel pretium currens pro tempore, quo retrovenditio, aut redemptio facienda esset, reddendum sit. Ratio horum omnium videtur esse, quod per tale pactum nulli fiat injuria, neque contractus emptio- nis, venditionis patiatur aliquid, & *Le. 2. Cod. de pactis inter emptorem & venditorem*, hæc pacta approbentur: neque enim contractus hic absolute reprobatus est in *Capit. ad nostrum §. h. t.* sed quando ad palliandas tantum usuras simulata fuit emptio, venditio, eum tamen in rei veritate contractus pignoratitius esset, uti pluribus videre est apud Auctorem *Method. hoc §. 5. §. 6. infra de pignoribus* &c. ubi etiam advertit præsumi talem emptio- nem & venditionem præsentem usurariam esse. Primum si mutetur titulus (si scilicet eum, qui à te mutuum petit, cogas ad rem aliquam suam tibi vendendam, cum redimendi pactum,) secundum si pretium emptio- nis & venditionis sit modicum, & minus justo, & tertium si ad certum tempus pactum de redimendo strictum sit, ita ut ante illud elapsum non liceat rem taliter venditam redime-

re; si omnia concurrant, prudenter præsumitur usura palliata, sub prætextu emptio- nis, & venditionis talis, de qua etiam in *capit. Illo vos 4. infra de pignoribus*.

§. VIII.

De Venditione rei donata propter nuptias à viro uxori, eadem consensu te, alteri facta.

Non potest maritus rem donatam uxori propter nuptias alienare, nec hypothecæ nomine obligare, etiam cum consensu uxoris, nisi post eorum bonorum uxori secundam vice consensum, si quidem consensu in scriptis dato, actus bonis mariti alia res sit, ex conditione demnitate mulieris sufficiente constat sit, & prospectum, prout habetur in *capit. pervenit. 4. h. t.* ex quo capitulum colligitur, quod secundus hic consensu de jure requisitus, interveniens, non præsumatur, si per 30. annos à viro alienata nunquam contradixit mulier.

§. IX.

An & quando venditor tenetur emptori de evictione, & in quibus casibus non obligetur.

Evictio aliud non est, quam rem ab alio legitimo titulo acquisitam, per judicem recuperatio: de hac autem præstanda teneri venditorem emptori, si res sibi bona fide vendita, & emptori alio, qui Dominum hujus rei legitime reperatur, & evincatur, constat, & §. 2. & 16. ff. de evictionibus. Sive de præstanda fuerit expressè conventum